GREGORIUS MAGNUS
12. Jh. Seite 133r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26373
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dum laudatur: & defenditur: in conspectu nos iudi
cis multiplicius astringat. Peccare quidē non debuim⁹.
S; utinam alia non iungentes. uel ea quę fecimus sola
deseramus. S; int̄ hęc sciendū est. quia ille culpā suā
ueracit̄ insequit̄. qui iam ad amorē p̄sentis scl̄i. nullo
appetitu p̄speritatis instigat̄. qui hui⁹ mundi blandi-
menta quā sint fraudulenta c̄siderat. fauoresq; eius
q̄si p̄sec[illegible]tiones pensat. Vnde & bene subditur: Male
dicant ei qui maledicunt diei. ac si ap̄te dicat. Illi hui⁹ 55
noctis tenebras uere penitendo feriant. qui iam lucē
p̄speritatis scl̄i despicientes calcant. Si enim diem leticiā
delectationis accipim⁹. recte de hac nocte dr̄: Maledi
cant ei qui maledicunt diei. quia nimirū illi ueraciter
mala transacta p̄ animaduersionē penitentię corrigunt.
qui iam ad bona fallentia nulla delectatione rapiunt̄.
Nam quos adhuc noxia alia delectant. falsum est qd̄
cernitur. quia p̄petrata alia deplorant. Si aut̄ ut sup̄
dictū ē. diem suggestionē callidam antiqui hostis ac-
cipimus. illi maledicere nocti intelligendi sunt. qui
diei maledicunt. quia scilicet illi transactas culpas
uere puniunt. qui maligni seductoris insidias in
ipsa blanda suggestione dep̄hendunt. Bene aut̄ subdit̄.